

Vidi viros corrumpentes virgines in doctrinis suis, et vanam facientes^b virginitatem earum. Tu autem audi, filia, doctrinas ecclesiae dei, et nemo alienus persuadeat tibi. Deus fundavit celum et terram^d et letatur in eis.

Non^e est angelus non capax malitiae, non^e est demon natura malus. Utrumque enim liberi arbitrii^f sicut homo, ex corpore corruptibili et anima substitit rationali^g; sic^h et dominus noster natus est sine peccato. Manducavitⁱ et crucifixus^j est, et^k non erat visio ficta in oculis hominum;

sic^k erit resurrectio^l mortuorum^l. Mundus transit^m iste, et nos spoliaⁿ accipiemus. Corpora iustorum^p hereditabunt lumen. Impii autem habitabunt in^q tenebris^q. Virginis oculi videbunt^r dominum^r, et^s aures^t virginis audient recte^u. Amen^v.

Vidi viros corrumpentes virgines in doctrinis haereticis^a et vanam facientes virginitatem earum; tu autem audi, filia, decreta^c ecclesiae Domini, et nullus extraneus dissuadeat tibi. Deus fundavit caelum et terram et providentiam habet omnium et condelectabitur in eis. Non est angelus incapax malitiae, et non est daemon natura malus; utrosque enim fecit sui arbitrii Deus. Sicut homo ex corpore corruptibili et anima constitit rationali, sic et Dominus noster natus est absque peccato, manducans vere manducabat et cum crucifigeretur vere crucifigebatur, et non erat fantasma mendax in oculis hominum. Erit certa resurrectio mortuorum et mundus iste transibit et nos recipiemus^o spiritalia corpora; iusti haereditabunt lumen, impii autem haereditabunt tenebras. Virginis oculi videbunt Dominum, auditus autem virginis audiet^w sermonem eius; os castum

a) ereticis S. b) facientem H. c) decreta S. d) *folgt* et providit omnibus H. e) et non H. f) *folgt* fecit Deus H. g) rationabili H. h) sic enim H. i) manducans manducavit H. j) crucifixus, crucifixus H. k) *fehlt* H. l) mortuorum resurrectio et H. m) transibit H. n) spiritalia H. o) respiciemus S. p) iusti, *das davorstehende* corpora *noch zum Vorhergehenden gezogen* H. q) tenebras H. r) Deum videbunt H. s) *fehlt* H. t) *folgt* autem H. u) verba eius H. v) *fehlt* H. *Der Text geht hier weiter:* Virginis os osculabitur sponsum suum: odoratus autem virginum in odore unguentorum ejus curret. Manus virginis palpabunt Dominum; et castitas carnis acceptabilis illi erit. Virginis anima coronabitur, et cum sponso suo vivet semper. Vestimentum spiritale dabitur ei, et cum Angelis in caelis feriabitur. Inextinguibilem accendit lampadem, et oleum non deficit in vasis ejus. Accipiet divitias aeternas, et haereditabit Regnum Dei. Mei sermones, filia, dicti sunt ad te; verba autem haec servet cor tuum. Memento Christi custodientis te; nec obliviscaris adorandam et unius substantiae Trinitatem. w) audiunt S.